



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**


**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

I. D. Crescens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)



SERIES  
 EPISCOPORUM  
 MOGUNTIAE.  
 PERIODUS I.  
 SECVLVM PRIMVM.  
 I. D. CRESCENS.

**P**etro Apostolorum Principi, & Paulo gentium  
 Doctori non absimiles dedit Discipulos gratia Ser-  
 vatoris nostri in omnes abundantissima. Hac ea-  
 dem gratia & vocatione prorsus singulari excitati,  
 quot regna & provincias tum in Asia, tum in Euro-  
 pa peragraverint ijdem Apostolorum Principes, ritè credentibus  
 testatur locupletissimè Sacer Codex non magis humanâ manu ex-  
 aratus, aut à spiritu privato, quàm divino consilio probatus &  
 Dei

A

Dei

Dei scriptus digito. Inter utriusque Doctōris Discipulos numeratus jam abhinc seculis ferè XVII. D. Crescens, à D. Paulo Præceptore principijs imbutus Apostolicis, à D. Petro autem omnium Pontificum primipilo Episcopus probatus & confirmatus, non unius tantum regni provincias giganteis quasi passibus est emensus, ut ad optatam metam pertingeret. Non desunt fortè Scriptores, qui in Asiæ provincias, præsertim verò in Galatiam abiisse autumârunt. In Italia hausisse præcepta à Magistris, rerum ordinem ritè arbitrantibus, non est dubium. Viennæ in Gallia tempore aliquanto sedisse Episcopum contendunt Galli maximè. Omnium Episcoporum Moguntia primū Evangelij semen seminâsse, zizania eradicâsse, virtutes plantâsse, idolorum delubra destruxisse, ut Sedes prima cederetur Deo, & altera Episcopo, non tantum Orthodoxi concedunt, sed toto capite annuunt etiam Recentiores Heterodoxi non pauci. Annis 22. Moguntia Supremum Antistitem sedisse scribit Trithemius D. Crescentis observator sedulus. Trithemio in enūmeratis annis conformes sunt annales Moguntini. Inter Martyres emiuisse imperante Trajano an. Christi 102. aut 103. concordi sententia tradiderunt Authores Itali, Galli, Germani &c, à quibus dissentit neutiquam Martyrologium Latinum. Exuvias tanti Martyris Moguntia in æde S. Hilarij sepultas primò, & inde in in S. Albani templum translatas esse, exhibent monumenta antiquissima, quibus accessit novum hoc ornamentum Poeticum in basilica arcis Moguntina scriptum :

Bis Moguntinis undenos præfuit annos,  
 Et vitâ clarus, clarus & eloquiò,  
 Martyriūque tulit Trajano Principe, Christi  
 Dum Decades denas auxerat una trias.

Reflexio